Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et post uirum tuum alium nesciens. ideo manus tua confortaut te in eis in eternum benedicta. et dixerunt omnes populus fiat fiat. Dies autem triginta iacuerunt collecta sunt spolia assiriorum apud israel. porro autem uniuersa que holofernus peculiaria fuerat perdita sunt dederunt iudith mauro et argento et uestibus et gemmis et omni supellectili et tradita sunt illi omnia apud et omnes populi gaudebant cum mulieribus iuuenibus et iuuenibus et mosaiis et cytharis. XVI

Tunc cantauit canticum hoc iudith domino deo dicens. Incipite domino in tympanis cantate domino in cymbalis. modulamini illi psalmum nouum exultate et inuocate nomen eius. dominus conterens bella. dominus nomen est illi. qui posuit castra sua in medio populi sui ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Venit assur de montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis sue cuius multitudo obturauit torrentes et equi eorum cooperuerunt ualles. Dixerat se incensurum fines meos et iuuenes meos occisorum gladio infantes meos dare in predam uirgines meas in captiuitatem. Dominus autem omnipotens iniecit eum et tradidit eum in manus feminae et confudit eum non eum. cecidit potestas eorum adiuuenibus nec filii tyranni percusserunt eum nec excelsi gyganteres inposuerunt se illi. sed iudith merari filia in specie facie sue dissoluit eum. Exuit eum se uestimento indumentis sue et induit se uestimento letitie in memoria conuiuii filiorum israel. iuxit faciem suam uisero collisauit crinibus suis in capite. accepit stolam nouam ad decipiendum illum sandalia eius rapuerunt oculos eius pulchritudo illius cepauit faciem eius. amputauit pusione cervicem eius. horruerunt persi constantiam eius et medi audaciam eius. Tunc ululauit castra assiriorum quando apparuerunt humiles mei. Resurgentes in sua filii puellarum compunxerunt eos et sicut pueros fugientes occiderunt eos. perierunt in prelio a facie domini mei. Ymnum cantemus domino ymnum nouum cantemus domino deo nostro. Adonay domine magnus es tu et preclarus in uirtute tua quem superare nemo potest. tibi seruiat omnis creatura tua quia dixisti et facta sunt. in spiritum tuum et creata sunt et non est qui resistat uoci tue et montes a fundamentis mouebuntur cum aquis. petre sicut cera liquescent ante faciem tuam. qui autem timent te magnificentur apud te omnis. Ve gente insurgentium super genis meum. dominus enim omnipotens iudicabit in eis. In die iudicii visitabit illos. dabit ignem et uermes in carnes eorum ut uranturur et sentiant usque in sempiternum. Et factum est post hoc omnis populus post victoriam iuerunt in iherusalem adorare dominum. et mox ut purificati sunt obtulerunt omnes holocau